



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

43. An promittens eleemosynam cuidam pauperi possit alteri, vel sibi
pauperiori conferre? Et inter alia quæ circa hoc deducuntur, tandem
docetur non posse Confessarium commutare pœnitentiam erogandi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

& vitiosam inopiam patiuntur : Ex part. 5. tract. 8.
Ref. 19.

RESOL. XXXIX.

Quis sumptibus soluenda sit elemosina Prædicatori?
Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 71.

§. 1. **H**ic casus frequenter soleat accidere, & non verò determinat Paponius *de iur. Franc. lib. 1. art. 9.* in glofa littera A. vbi sic assertit: In quæstione, quænam salarium Prædicatori præstare teneatur, distinctione verò est, nempe ut si de vrbe agatur, in qua Archiepiscopus, vel Episcopus, eo casu officium pastoris est prædicare vel prædictari curare, & verbum Dei annunciarie gregi suo, idque expensis suis. Ita iudicatum fuit aduersus Archiepiscopum Bituricensem 1. Iunij 1522. At si non de vrbe, sed oppido agatur, vbi sit Ecclesia Collegialis, vel Curia, tum omnes ij qui decimas in prædicta parochia percipiunt, ad Prædicatoris salarium conferre debent; parochiam verò ad vietus expensas. Ita ille, & ante illud Mynardus *decis. 3. 4. 35.* & 36.

2. Sed quod dictum est de Episcopo, procedit etiam quando dubitatur, quorum sumptibus sit conducendus Præicator, seu alendus; & ita declarans Sacram Cardinalem Congregationem, ex Vgolino, & Galleri testatur Riccius in *praxi tom. 1. ref. 4. 68. n. 3.* qui in n. 4. & 5. linitat supradicta existente confutidine in contarium. Nam vbi consuetudo adest, ut prædicator vel ab Episcopo eligeretur, vel ab alio; communitas, vel aliquis alius sumptus præberet, in tali caso Episcopus ad nihil teneretur. Quod etiam procedit, si populus eligeret, & nominaret concionatorem, & sumptus etiam faceret; nam tunc Episcopus hoc onere leuabitur. Igitur confutudo consideranda videtur, & secundum illam determinandum, qua seclusa Episcopum obligabis.

RESOL. XL.

An si præceptum dandi elemosinam iis, qui voluntarie pauperes sunt, vi Religiosis? Ex part. 5. tract. 8. Ref. 18.

§. 1. **M**edina Col. de elemosina, quæst. de elemos. mandatis, §. quæret foris aliquis. Afferit non esse præceptum titulo paupertatis his pauperibus conferre elemosynam, quia voluntate sua eligentes, non potuerunt alii inducere obligationem. Fatur tamen ex alio capite posse intercedere obligationem subueniendi eorum necessitatibus, videlicet quia ministrant spiritualia, & idèo debetur illis sustentatio.

2. Sed merito Lorca in 2.2. sect. 3. disp. 39. mem. 4. num. 57. afferit hanc sententiam & differentiam inter pauperes voluntarios & alios pauperes, apud nullum alium Authorem invenire, & idèo non censem probabilem, & omnino afferendum putat his pauperibus deberi elemosynam ex præcepto, sicut aliis, quia eorum paupertas & necessitas vera est & iusta, quod autem voluntariè contracta fuerit, nihil refert, si voluntas & causa contrahendi pia fuit, Deo grata, & rationi conformis.

RESOL. XLI.

An si danda elemosina homini anaro indigenti, qui propriis rebus vii non valeret?
Ei quid de vagabundis, qui voluntariam, culpabilem,

§. 1. **R**espondeo non esse dandum, & camdem efficiem ac de vagabundis, nam iste voluntariam, culpabilem, & vitiosam inopiam patiuntur. Excipiendum tamen est, si impotenti pauphore vietus in hanc misericordiæ inciderit, tunc enim compatiendum est, & subueniendum eo modo, quo succurrentum est ei; qui vehementi passione oppressus sibi ipsi suspendium parat, sed in hoc casu ex bonis ipsius non ex propriis subueniendum est. Ita docet Lorca in 2.2. sect. 3. disp. 37. num. 11. & Azotius tom. 2. lib. 12. capite 9. quæst. 5. cum Sylvio in 2.2. quæst. 32. art. 9. queritur 4.

RESOL. XLII.

An rectè excludantur aliquando à Ciuitatibus pauperes, peregrini?
Et an licet legem ferre, ne quis pauperum publici, & officiati mendicet? Ex parte 5. tractatu 8. Resolut. 36.

§. 1. **R**ecè respondet Becanus in 2.2. de fide, §. 8. & charitate, cap. 21. dub. 9. num. 23. si hoc efficiatur ob has causas. Primo, quia pauperes domelli ci peregrinis præferendi sunt, si virtutique fastigi non possit. Secundo, quia peregrini sèpè inferni mabos, corruptelas, hæreses, contentiones, proditio[n]es, Tertiò, quia multi ex illis sano & integro sunt corpore, qui si admittantur, computreficiunt in orio, & aliis peccatis inde consequentibus; si excludantur, cogitant de viatu per labores acquirendo, quo honestus est. Ita ille.

2. Verum docet Sylvius contrariam sententiam in 2.2. D. Thom. quæst. 32. art. 9. queritur tertio. Sed in illo caso si occurrit & in simili, si videlicet licet legem ferre, ne quis pauperum publici & officiati mendicet, Episcopi & Magistratus seculares non deferant omnino videre Adamum Tannerum tom. 5. disp. 2. quæst. 5. dub. 3. per tot. & Apologiam in causa pauperum Dominici Soto.

RESOL. XLIII.

An promittens elemosynam cuidam pauperi possit alii, vici sibi pauperiori conferre?
Et inter alia, que circa hoc deducuntur, tandem docetur non posse Confessariorum communare panierium erogandi elemosynam per solam applicationem ad ipsummet panierium tanquam ad pauperem. Ex p. 5. tr. 8. Ref. 37.

§. 1. **A**d hoc dubium ita respondet Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 49. num. 6. Deducitur elemosynam promissam Deo largendum certe pauperi, dum ipsi non est ius acquisitionis per acceptationem, posse propria voluntate dati alii pauperiori, dummodo cetera sint paria, id est, non concurrat peculiaris aliqua circumstantia in minoris paupere, vix elemosyna illi collata sit Deo gratiarum, quia ceteris paribus, præstantior est elemosyna pauperiori data. Posset autem quisipam eximimare, posse sibi quoque applicare si pauperior sit. Sicut res incertas furto ablatas restituendas pauperibus post restitutiō obnoxius si pauper sit, sibi applicare. Cum tamen sit obligatio iustitia, quæ necessaria est ad alterum, & iussus elemosynam inter pauperes

RESOL. XLV.

*An si quis habeat patrem diuitem, & filium diuitem,
& ipse sit pauper, à quo debeat prius petere alimenta?*

Et queritur, quod iure filii, & parentes alimenta præstare teneantur?

Et an ad extreemam necessitatem redactis filiis, & parentibus, teneantur potius filii parentibus succurrere, quam propriis filiis? & secus extra necessitatem extreemam? Ex part. 10. tract. 13. & Miscell. 3. Ref. 3.

S. I. **M**ordicus à Patre in tali casu alimenta penteenda esse, docet nouissime Franciscus Maria Pratus obseru. 89. num. 12. adducens pro his sententia Iacobum de Arena, in l. pen. quæ incipit: seq & non Non quemadmodum ff. de liber. agnosc. Bartolum, ibi pigebit.

*Quoad hoc
lege doct.
Ref. præter.*

num. 22. Alexandrum, in leg. In suis, num. 7. ff. de liber. & posth. Io. Fabrum, in s. Ius naturale, num. 3. Inst. de Iur. natur. Aucharanum in cap. Cùm haberet. num. 1. 3. de eo, qui dux. in matrim. Castillum ad leges Taur. lege 60. verb. Alimenta, & verb. In casu verb. Item nota. Albertum in d. leg. Non quemadmodum, num. fin. Et rationibus firmatur etiam haec opinio: Tum quia Pater plus diligit filium, quam ipse Patrem, leg. Iff. quidem, ff. de eo quod me. caus. & leg. fin. Codice de Curator. Furius cum concordan. adductus. Tunc etiam, quia bona Patris quodammodo dicuntur esse Filii viuo Patre, non autem è conuerso, leg. Nam & si Parentibus, ff. de inoff. testam. Ac etiam quia in Patris successione, filius præfetur Auo, lege primis, & primis, ff. si tabul. testam. nulla exstab. Authent. In successione. Codice de suis, & legitimis. Ioannes de Lignan. in tractatu de Ancieta. §. Subuentione paterna, & finali, num. 16. Vide etiam Cordubam in Reperi. leg. Si quis a liberis, num. 7. ff. de liberis agnoscet, qui contra Alphonsum de Castro acriter infurgit, & assertit errasse, quia misit manum in melsem alienam.

2. Sed ego in eius fauorem, nempe in tali casu alimenta esse petenda à Filio, & non à Patre diuine pondero validam rationem; quia magis tenet filius succurrere Patri, quam Pater Filio: Vnde pro sumenda hac sententia quærendum est, quo iure filii, & Parentes alimenta præstare teneantur; & multi iuris canonici periti exsilmant Parentes teneri præstare alimenta filiis iure naturali, filius vero parentibus non iure naturæ sed gentium. Ita docere etiam videtur Bartolus in l. Si quis à liberis. ff. de lib. agnoscend. Probat, quia natura descendit è Parentibus in filios atque adeo propensiore iure naturæ & proximiori debent Patres liberos amare, quam liberi Parentes. Deinde quia bellorū, in quibus totum in natura inest, filios alunt suos non tamen filii Parentes præter unicam Ciconiam, cui id tamquam insigne attributum, & ob eam caufam pietatis symbolum habetur; dicendum tamen est cum communī Doctrinā, & præcipue Theologorum sententia, Filios eodem iure naturæ teneri de alimentis prouidere parentibus in extrema necessitate, aut quasi extrema constitutis, quo Parentes tenentur prouidere filiis. Primo ex genere correlatiuorum, sunt enim Pater & filius, correlatiua. Vnde quod de uno dicitur, de aliis necessi est dicatur. Secundò, quia natura rationabilis strictiori vinculo obligat filios erga Parentes, quam Parentes, erga filios, vt docet Thomas 2. 2. quæff. 16. art. 8. ad. 1. nam quicquid filius habet, à Patre habet; Pater autem nihil habet à filio, & id est ratione beneficij accepti tenentur filii parentibus maximè prouidere; quamobrem, licet ius naturæ absolute magis

N
n
i
a
IV. V.
I

pauperes incertos distribuere, potest iuxta aliquos aliquam fibi pauperi applicare. At dicendum est non posse etiam autoritatem Prælati in id communitati, quia nullam eleemosynæ rationem habet, sicut eleemosynam iniunctam penitentia sacramentali, & nequit penitentis pauper fibi applicare. Ita Sanchez, & hanc opinionem docet etiam alter Sanchez, Ioannes videlicet in selectis disp. 14. num. 18. vbi etiam recte docet, nec posse Confessarium commutare penitentiam erogandi eleemosynas per solam applicationem ad ipsum etiam penitentem, tanquam ad pauperem, nam vel potest erogare aliis parentibus, vel non; si nequaquam valet, immunitis redditur à præcepto, & tunc commutatione opus nullatenus est, sed ad summum declaratione; si verò potest, quamvis interuenient aliqua incommoditate erogare tenetur aliis, nam applicando illam sibi, nihil emit boni operis, in quod commutari dicatur eleemosyna.

RESOL. XLIV.

An si peccatum mortale inuertere ordinem in succurrendo patri, matri, filio, uxori, aui & nepoti?
Ex parte 5. tractatu 14. & Miscell. 2. Resolutione 93.

S. I. **A**d hoc dubium ita responderet Hurtadus de Mendoza in 2. 2. disp. 54. feb. 5. §. 57. vbi sic ait. Hic ordo nos obligat sub peccato graui ad subveniendum prius parentibus, quam aliis, non vero patri prius, quam matri inter filios & vxores, nescio sane an iste ordo grauiter obliget; & inclinor in patrem negantem, at filii non possunt postponi fratribus, nisi cum graui peccato in necessitate obligante se per. Pater prius est diligendus, quam auius, & filius quam nepos, quia sunt amanti proximiiores. Item auius prius, quam nepos, filius autem prius auius, quia est coniunctior. Ita ille.

2. Non desinam tantum etiam hinc adnotare Lorcam in 2. D. Thom. 26. art. 1. num. 4. sic circa præsentem questionem afficerem. Inquiri solet sitne peccatum mortale hunc ordinem, quem statuimus inter cognatos in primo gradu, inuertere? Nonnulli dicunt non esse peccatum mortale, quia omnes istæ coniunctiones, ex quibus oritur obligatio dilectionis, magna sunt; & non est tam ingens vnius ad alterum excessus, vt reatum peccati mortalis inducat, si præcomittatur. Quod mihi videatur probabile; & quod attinet ad comparationem inter patrem & matrem, & inter uxorem & filios, non dubito sine peccato mortali posse inuerti ordinem, & fortasse ablique omni peccato, quamvis laudabilius esset illum servare. Inter parentes autem, & ceteros, manifestior est excessus debiti; & ideo occurrente necessitate, quæ vel ipsi, vel ceteri deferendi essent in temporibus, vel spiritualibus; non existimatrum est esse parentes omittere. Sed, vt S. Thom. aduertit. art. 10. & exposuit art. 8. omnes istæ compatationes definiti quod per se, & considerata solam ratione patris, matris, &c. debetur. Nam ex accidenti potest quilibet illorum bis suum amittere & diminuere inutius, & ingratitudinem in alterum, & potest augere beneficij, & obsequiis. Singula autem spesiatim, & minutatim determinari nequeunt, & prudentis arbitrio remittenda sunt, pensatis his communibus regulis. Ita Lorca ubi supra.